





1078.
I. N. D. N. J. C. 1712, 15 16
DISSERTATIO INAUGURALIS IVRIDICA;

DE
**VIRGINE STUPRATA
A STUPRATORE
NON DOTANDA,**

GERMANICUS:

**In was Fällen eine Schwängerte von dem
Stupratore keine Ehren- oder Schadens-Er-
setzung fordern könne.**

QVAM
PRAESIDE SOLO DEO
EX DECRETO MAGNIFICI IVRISCONSULTORVM ORDINIS
PRO
SVMNIS IN VTROQUE IVRE (4)
HONORIBVS ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS

RITE CAPESSENDIS
IN AVDITORIO SOLENNI
PLACIDAE
EXCELLENTISSIMORVM DNN.
PROCERVM ACADEMICORVM
DISQVISIONI SVBMITTIT

GEORG. IACOB. HOFFT,
HAMBVRGENSIS.

AD DIEM 28. IANVARII A. CIO IO CXXII. Gen

EDITIO QVARTA.

IENAE,
APVD IO. BERNARDVM HELLERVM, 1734.

M. D. C. C. C. C.
DISSERTATIO IN UNIVERSALIS IURIDICA
DE
VIRGINE STUPRATA
A STUPRATORE
NON DOTANDA

GERMANICO:
Huiusmodi casus in Christianitate non sunt
supponere sine iure deo et hominum
iungere debentur.

ORDINIS
PRAESIDI SOLI DNO
EX OFFICIO MAGISTRI IURISCONSULTORUM ORDINIS
PRAESIDI IN VIROGOLIVRE
HONORIS ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS

EXPLICITUS GENUI DNM
PRAESIDI MAGISTRI IURISCONSULTORUM
DE UNIVERSITATE
GEORGII WILHELMI HOFFMANNI

AD DNI 18. IANUARI A. 1700. CXXXII

LEONHARDUS BECKERMANN



B. C. D.

CAPVT I.

Preliminaria complectitur.

S V M M A R I A.

- §. I. *Mores hodierni in dotis constitutione, à consuetudine Veterum Germanorum multum discrepant, neque an Stupratis olim satisfactio prestita fuerit? certo definiri potest.*
- §. II. *Jus divinum Stupratori alternativam, duo aut doti injunxit, quod Canones sequuntur.*
- §. III. *Mores vero particulam ET in AVT transmutarunt.*
- §. IV. *Rationes dotationis & recessum à Jure Civili adducit.*
- §. V. *Ad quod in determinanda dote respiciatur, proponit.*
- §. VI. *Quid sit stuprum, & quomodo à fornicatione differat?*
- §. VII. *De Stupratore & aliis questionibus remissive agitur.*
- §. VIII. *Quid sit Dotatio? exponit.*
- §. IX. *Definitionem,*
- §. X. *Ejus explicationem continet.*

§. I.



Et apud priscos Germanos, teste Tacito *de moribus. Germ.* dotem nequidem uxor matrimonium iniens constituerit, ita enim cit. Autor cap. 18. *dotem non uxor marito, sed maritus uxori offert, & Saxones nullam dotis prestationem admittunt,*

rint, Carpz. *de Jur. foem. sing. d. 6. posit. l. n. 22.* insuper, dum delicta carnis antiquitus apud memoratos populos, tam in maritatis, qua de re Tacit. *de moribus Germanorum*, cap. 19. quam virginibus severissime, uti ostendit Bonifacius Archiepiscopus in epistola ad Eitelbaldum Angliæ Regem, in antiqua, inquit, Saxonia, ubi nulla Christi cognitio, si virgo in materna domo, vel maritata sub conjugis sit adulterata, manu propria strangulatam cremant, aut cingulo tenus vestibus abscessis flagellant eam casta matrona, & de villa in villam missæ, nova occurrunt flagellantes & cultellis pungunt, donec interimant, &c. coërcebantur. Iam rara apud eos essent adulteria & supra, atque hinc multo minus defloratis dotem concessam esse, conicere liceat, postquam tamen Leges Romanæ in Imperio receptæ sunt, etiam in matrimoniis ut foeminae facilitorem nubendi conditionem adipiscantur *L. 2. ff. de Jur. dot.* & onera matrimonii tanto melius sustineri queant *L. 20. C. de Jur. dot.* dotes coeperunt, ut proinde hodie magis ad pinguem dotem, quam animorum concordiam & intimum inter contrahentes amorem, magno seculi vitio, respiciatur.

§ II. Jus Divinum non tantum à parte uxoris, dotem admittit, sed etiam contra ordinariam Legum Romanarum dispositionem, ut & deflorata ducatur, & ei à stupratoris idos constituatur, diserte iussit, ita enim verba Exodi 22 vers. 16 sonant: *Item, si quis pellexit virginem, quæ non est desponsata, & cubaverit cum ea, omnino constituens ei dotem accipiat eam in uxorem.* Juxta versionem Tremelli & Junii, & Germanicam expressionem B. Lutheri: *Wenn jemand eine Jungfrau beredet/die noch nicht vertrauet ist und beschläßt sie, der soll ihr geben ihre Morgengab/UND Sie zum Weibe haben.* jung. Deuteronom.

ronom. 22. vers. 28. & 29. cui gemina tradit Jus Canonicum
*in C. I. X. de adulter. & stupr. verb. si seduxerit quis virginem
 nondum desponsatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, ET
 habebit uxorem.* Et cum verba utriusque Juris, inter illam
 quæ sub spe matrimonii, & sine ea seducta est, differentiam
 non faciant, hinc & adducta loca ex natura generalis inter-
 pretationis, indistincte quoque intelligemus. Idque San-
 ctissimus Legislator, ad inordinatam hominem libidinem,
 tanto magis coercendam, & læsis satisfactionem præstan-
 dam, quia post amissum virginitatis sertum, ad honesto-
 rum virorum nuptias Stuprata vix aspirare potest, consti-
 tuisse videtur. Non igitur sequendi illi Dd. qui inter Jus
 Can. & Divinum hac in parte differentiam agnoscunt, in-
 ter quos Sande *L. 1. t. 1. d. 10. n. 1.* Zæsius *in Comment. ad ff.
 t. ad L. Jul. de adulter. n. 60.* Perez. *in Cod. tit. de adulter. n.
 15.* aliique referuntur. Manifeste enim *cit. cap. 1.* binis vi-
 cibus particulam *ET* notam copulativa sive conjunctionis.
§. 11. Instit. de hered. instit. indigitans contrarium evincit.
Mev. ad Jus Lubec. P. 4. t. 5. a. 1. n. 2. Carpz. *Pr. Crim. P. 2.
 Qu. 68. n. 5.* Farinac. *P. 5. Qu. 147. n. 97.*

§ III. A qua Juris Divini & Canonici ordinatione,
 mores hodierni eatenus recesserunt, ut copulativa *ET* in
 alternativam *AVT*, in plerisque Rom. Imp. territoriis,
 frustra dissentiente *Mev. P. 4. t. 5. a. 1. n. 2.* Coler. *Decis. 176.
 n. 87.* testibus Strykio qui Brunnemanno contradicere vi-
 detur, in not. *ad hujus Jus Eccl. L. 2. cap. 18. §. 26. verb. præ-
 cise ducere compellitur.* Sande *Dec. Frisc. l. 2. t. 1. d. 10. n. 1.
 Besold. P. 6. Conf. 361. num. 40.* Ziegler. *ad Lancellot. l. 4.
 t. 8.* Osiand. *ad Deuteron. cap. 22. v. 28.* mutata fuerit. Est
 enim illa dispositio juris positivi, & abrogationi tanto ma-
 gis obnoxia, quanto certius, quod etiam Jure Divino Exo-
 di

di 22. vers. 17. hæc conjuncta separare privato, sc. patri, permittatur, quidni multo magis Magistratui, ex rationabili causa, ne foeminae maris quaerendi gratia, se cujuslibet juvenis libidini venales exponant, sicque frena cupiditatis laxent, & invitus quisque eam, cum qua per dies vitæ pacifice vivere nequit, ducere cogatur, jure meritoque concedemus? Carpzov. L. 2. *Jurisprud. Consl.* D. 229. n. 7. Gofyv. ab Esbach. *innot. ad Carpzov.* P. 4. C. 27. d. 1. n. 6. Struv. *Ex. 49. tb. 25.* Berlich. *Concl.* 38. n. 17. consentit ex affe Jus Patrium, P. 4. art. 28. verb. Wenn aber ein Unverehlichter einer Jungfrauen / ihre Jungfräuliche Ehre nimmt / oder eine unberühtigte Wittwe fleischlich erkent / so ist er dieselbe zu ehlichen / oder Ihr nach ihrem Stande den Braut-Schatz zu entrichten / auch da Sie ein Kind von Ihm gezeuget / demselben die Alimenta und Unterhalt zu schaffen / und wegen der Verbrechen / der Rechte nach Ermäßigung / zu wettten schuldig.

§. IV. Et quidem dotem hanc præstat stuprator, ad refarciendum matrimonii damnum, ob id quod propter omissum virginitatis, castitatis & pudicitiae honorem, quatenus nimirum ex pudica se impudicam, & ludibrio aliorum, culpa defloratoris expositam videt, ex post villiori sorte contenta vivere tenetur. *Less. l. 2. de Just. & Jure, c. 10. dub. 2. n. 11.* in quo etiam à Legibus Romanis, quippe quæ stupratoribus honestis, publicationem dimidiæ partis bonorum, vilibus vero fustigationem cum relegatione dictitarunt. §. 4. *de publ. jud.* differentiam advertimus. *Carpz. Pr. Crim. qu. 68. n. 3. cum alleg.*

§. V. Dos autem ex communi Jctorum Praxi ad eam quantitatem, quam verisimiliter pater puellæ, filiæ suæ, in dotem dedisset, redigi solet. *vid. Wefenbec. in paratit. ad L.*

L. Jul. de adulter. Farinac. P. 5. Oper. Crim. qu. 147. n. 124. & seqq. ita ut Curia Frisiæ insuper soleat æstimare vestes, mobilia, immobilia, & actiones, si quas stuprata habeat. Sande *L. 2. tit. 10. d. 10.* Sed æquior videtur sententia, quæ non tantum ad facultates Patris, vel ipsius stupratæ, sed ad læsionem ipsam & ad id quanto plus jam dandum corruptæ, ut virum conditionis suæ consequatur, respiciendum esse statuit, ac omnia hæc discretioni prudentis judicis relinquit: pone enim, seduxisse quis virginem, viri in dignitate quadam eximie positi, qui vel nihil vel tamen exiguum quid, dotis nomine, tribuere potest, ane defloratori sua, propter inopiam stupratæ, impunita erit malitia? quod certe æquitati & rectæ rationi minime convenire videtur. Gutierrez. *de matrimonio c. 38.* Menoch. *L. 2. Arbitrar. jud. quæst. c. 288. n. 18. & seqq.* Carpzov. *Qu. Crim. 68. n. 13.* ubi præjudicium n. 14. subjungit: *So ist er sie zu ehlichen / oder da er die Ehe mit sie zu vollziehen nicht bedacht / sie / ihrem Stande und Herkommen nach / zu dotiren schuldig.* Et recte alii honoratori puellæ, sed pauperi, majorem dotem, quam pater dare potest, solvendam esse, affirmat Ziegler. *ad Lancellott. l. 4. c. 8. §. 3.* Harpprecht. *ad §. 4. de publ. jud. Brunnem. in Jur. Eccl. l. 2. c. 18. §. 28.*

§. VI. Sed hæc regulariter quidem obtinent, dantur tamen non pauci casus, quibus stuprator nec ad ducendam nec ad dotandam stupratam obligatur, quos in sequentibus breviter exponemus. Pro intellectu autem rubricæ notandum: *Stuprum* nihil aliud esse, quam *injuriosam facinorosa soluta & honestæ deflorationem.* §. 4. *de publ. jud. l. 22. & 29. Cod. ad L. Jul. de adulter.* unde differentia à fornicatione sua sponte patescit, illa enim cum soluta quidem, sed publice corpus prostituenta, *L. 23. de Statu bom. l. 13. §. 2. ff.*

ad

ad *L. Jul. de adulter. §. 12. Instit. de nupt.* sicuti adulterium cum ligata committitur *L. 6. §. 1. ff. ad L. Jul. de adult.* quamvis hoc, in significatione larga & abusiva, aliquando sub stupro comprehendatur. *L. 101. pr. de V. S.* & hinc quoque dum stupratam desideravimus, eo ipso personas in *Cap. II.* relatas, excludimus.

§. VII. De Stupratore quoque tantum negotium nobis est, ut quaestiones illas, an stupratam heres, successor feudalibus, ex voluntate Patris, in subsidium ex bonis feudaliibus, quod affirmat Lynker. *D. 504.* vel pro re nata alius dotare teneatur, evitemus.

§. VIII. De dotatione agimus, quæ hac in parte satisfactionem quandam, quatenus stuprata minoris valer, continere dicitur. vid. *Diff. Excell. Dn. Grolmanni de Stipul. interpretativa cap. ult. tb. fin.* adeoque hic, uti supra §. 5. monitum, non tantum habetur respectus, ad id quod in honestis nuptiis, pro elocatione conceditur, nam solet tum pater, pro facultatibus suis dotem constituere, *l. 69. §. 4. ff. de jur. dot.* quam potius ad læsionem stupratæ factam, ita, ut proprie dicta, eos dici nequeat. arg. *l. 20. C. de jur. dot.* sed potius improprie, seu id quod in retributionem amissæ virginitatis & illatæ læsionis, quo vitata honestam nubendi conditionem accipiat, Jure meritoque erogari debet.

§. IX. Ex quibus omnibus facile patescit, quomodo Rubrum dissertationis nostræ, saltem ut consuetam disputationis methodum observemus, aliquo modo describi possit, nempe quod sit: *Denegatio satisfactionis, quam alias virgo honeste vivens, ob amissam castitatem & convenientem nubendi conditionem, à Stupratore prætereundere potuisset, ex rationabilibus & jure approbatis causis, concessa.*

§. X. Di-

§. X. Dicimus primo, *denegatio satisfactionis*, quod, explicationem accipit ex d. §. 8. hujus *Cap.* Innuimus secundum, *quam virgo*, quia principaliter de hac, non de vidua, in sequentibus, agemus, ubi tamen obiter monendum: Quod quamvis acriter inter interpretes, an vidua à stupratore dotem pretendere queat? disceptari soleat, & negativam magni nominis JCI tueantur, inter quos est Struv. *Exerc.* 49. *tb.* 25. Sandel. 2. *t. 1. d.* 20. Ant. Faber in *Cod.* l. 9. *tit.* 7. *d.* 5. *add.* Groenevveg. de *Legg. abrog. in Hollandia ad §. 4. de publ. jud. n.* 18. tamen quod punctum juris attinet, affirmativa verior videatur, partim cum in eam Stuprum committi dicatur, adeoque etiam illi satisfactio æque ac Virgini præstanda. §. 4. de *publ. jud.* l. 101. de *V. S.* partim quia ejusmodi foemina, etiam damnum nuptiarum perinde patitur ac Virgo, partim denique, quod alias ratione ipsius stupratæ, delictum stupratori fore impunitum. Idque diserte sequuntur Stat. Hamb. *Part.* 4. *art.* 28. Et quando in *Can. cum ergo Caus.* 31. *qu.* 6. *Can. lex ista caus.* 36. *qu.* 1. *Stuprum* dicitur *Virginis defloratio*, Pontif. expresse & in stricta significatione loquitur, non vero intuitu pœnæ vel satisfactionis differentiam innuere voluit, quam nec cit. §. 4. *Inst. de publ. jud.* inter virginem & viduam admittit; neque Jus Divinum Exodi 22. *vers.* 16. & 27. & Deut. 22. *v.* 28. & 29. exclusive intelligendum videtur. Hinc quicquid sit, quod alias secundæ nuptiæ, non tantum favorem in Jure, quantum primæ, mereantur. *tot. Tit. Cod. de indicta viduitate*, *item tot. tit. C. de secund. nupt.* & *Nov.* 22. *c.* 43. nobiscum tamen quoad hanc materiam sentiunt Carpz. in *Jurispr. Consistor.* l. 2. *t.* 14. *d.* 229. *Jurisprud. For.* P. 4. *C.* 27. *d.* 4. *num.* 2. & in *Pr. Crim. qu.* 68. *n.* 23. Stryk. in *addit. ad Brunnem. Jus Eccles.* l. 2. *c.* 18. §. 28. *verb.* *quam pater de-*
B
differ.

Differ. Mev. ad Jus Lubec. P. 4. t. 5. art. 1. num. 9. Idem tradunt Stat. Hamb. P. 4. a. 28. *in verb.* oder eine unberühtigte Wittwe fleischlich erkannt. Et teste Stryk. *Ord. Constat. Marchica tit. 76. Constitutio Elect. Saxoni.* de qua Carpzov. *cit. loc.* etsi aliud Sante de moribus Frisicis receptum esse statuat. Ponimus tertio, *honesto vivendum*, quia in talem solummodo stuprum committitur *vid. §. 6.* hujus *Cap.* vocatur autem honesta, non tantum ea, ut aliqui perperam opinantur, quæ est sub parentum, tutorum, vel propinquorum, aut aliarum honestarum personarum potestate & custodia, sed quæ extra hanc stupri patientiam, honestam duxit vitam. In Stat. Hamb. *cit. loc.* Die die Jungfräuliche Ehre hat/ oder eine unberühtigte Wittwe ist/ qualis quælibet tam diu præsumitur, donec probetur contrarium. *Mev. P. 3. d. 73. & ad Jus Lubec. L. 4. tit. 5. art. 1. num. 12.* Unde & illa, quæ parentibus orbata, solitariam vitam agit, & sub nullius inspectione degit, à juvene seducta, satisfactionem merito præterdit.

CAPVT II.

Continet casus ad hanc materiam non pertinentes.

§. V M M A R I A.

- §. I. *Rationem transitionis exponit.*
- §. II. *Non pertinet huc questio, an Vidua post mortem mariti stuprum passa, dotem quam dedit perdat.*
- §. III. *Nec distinctio inter Virginem nobilem vel ignobilem.*
- §. IV. *Aut inter divitem vel pauperem.*
- §. V. *Multo minus exemplam regulæ præbet meretrix.*

§. VI.

- §. VI. *Interim mulier à Titio stuprata, ab alio impregnata nihilominus à primo.*
 §. VII. *Non vero à secundo vel tertio dotem recte pretendit.*
 §. VIII. & IX. *Concubina ceteris paribus debetur satisfactio.*
 §. X. *Quam etiam praestat Clericus.*
 §. XI. *Et is, qui postquam cognovit facinram, matrimonium inie.*
 §. XII. *Atque Jus exigendi dotem Activè & Passivè transit in heredes.*
 §. XIII. *Quamvis Stuprator violentus pœnam capitis luat.*
 §. XIV. *Denique quaestio de Sponsa, ante benedictionem Sacerdotalem carnaliter cognita, huc minime spectat.*

§. I.

IDque ut tanto melius cuivis ob oculos ponamus, prius per remotionem, deinde, per positionem, incedemus; in Capitulo praesenti casus huc non pertinentes, in sequenti objectum thematis constituentes, exponemus.

§. II. Et quidem minime huc pertinet quaestio, an, vidua post mortem mariti convicta stupri, dotem quam marito dedit, perdat? quam negative Carpzov. Pr. Crim. P. 2 qu. 65. & d. 181. n. 1. cum seqq. huncque secutus Brunn. ad L. 8. n. 3. de Senator. decidunt: non enim tunc amplius thori violentio contingit, adeoque causa privationis cessat, quid de anno luctus dicendum? demonstrat Lauterberg. diff. de donat. propter nupt. lb. 70. nam (ut monitum) non agimus de dote, quæ à muliere, sed à viro foeminae in satisfactionem praestanda.

§. III. Porro exulat hinc distinctio, quam nonnulli tradunt, inter virginem nobilem & ignobilem, quasi in hanc impune & sine ulla satisfactione stuprum committi

possit; Illa vero tantum dotem præterdere queat, nullibi enim ejusmodi diversitas, in Jure vel Civili vel Canonico introducta legitur, est ea contra generalitatem textuum *l. 22. & 29. Cod. L. Jul. de adulter. §. 4. Inst. de publ. jud.* Lex quoque Julia honestam mulierem, non nobilem desiderat, & Jus Divinum indistincte loquitur, imo nobili magis vitio vertitur, quam infimæ sortis homini, quod dum virtutem, tanquam proprium nobilitatis sectari debeat, putridas carnis voluptates sequatur; & utraque propter deflorationem ab honestis nuptiis arcerur, utrique igitur æqualiter succurrendum *leg. 7. C. de incest. nupt. Carpzov. qu. 68. n. 53. & seq. ubi n. 60. Præjudicia habet, jung. Gutierrez. de matrimonio qu. 37. num. 2. Fontanella cl. 5. gl. 5. P. 1. n. 47. Farinac. de del. carn. qu. 127. §. Stuprum n. 82.*

§. IV. Unde & patet, nos inter „divites & pauperes,, nullam hac in parte differentiam admittere; hac enim æque ac illa læsa, depretiata, & præjudicium in nubendo passa est, satisfaciendum itaque huic æque ac illi, quod in tantum verum esse existimant Doctores, ut quamvis hac in bonis nihil habeat, tamen à stupratore, quo honestam nubendi conditionem nanciscatur, recte dotem præterdere queat, virginitas enim & pudicitia loco dotis erat, quam dum abstulit alter, merito in retributionem ejus, damnum datum pecunia refarcit. *Ziegler. ad Lancellottum l. 4. t. 8. §. 3. Brunn. ad Jus Eccl. l. 2. c. 18. §. 28.* Sufficit enim, quod antea honesta fuerit, nunc autem per stupratorem seducta quolibet vilipendatur. Si quis ergo ancillam stupraverit, quæ aliis à servitiis est, vel famulam cauponariam, studioforum lotricem aut netricem, modo alias honestæ fuerint, eas dotare tenebitur, *arg. L. 7. C. de Incest. nupt. Baiardus ad Clarum*

Clarum §. *Stuprum n. 27. versu sed quicquid. Mev. ad Jus Lub.*
P. 4. l. 5. a. 2. n. 8.

§. V. Notum est, „meretricem, quæ publice corporis quaestum facit, non posse prætere mereatorem ad eoque nec dotem, stuprum enim non patitur, quippe quod honestæ personæ tantum infertur. §. 4. *Instit. de publ. jud. l. 22. C. 29. Cod. ad L. Jul. de adulter. sed coitus cum priore fornicationem importat. L. 22. d. t. l. 13. §. 2. ff. eod.* Schopfer. *ad L. Jul. de adult. n. 42. Thesaurus. Dec. 3. n. 3. Carpz. Pr. Crim. qu. 86. n. 56.* neque depreiata est per consuescentem, cum antea in nullo pretio fuerit, hinc moribus hodiernis in tales arbitraria poena statuta est, qua de re Carpz. *in Pr. Crim. Part. 2. qu. 70.* cum vero de stuprata virgine honesta loquamur, etiam quaestio illa penitus impertinens dicenda. Carpzov. *qu. 70. per tot.*

§. VI. Illud huc convenienter quaritur: „an virgo stuprata, si rursus ab alio impregnetur, à primo stupratore dotem adhuc prætere mereatorem valeat? quod multi quidem negant, inter quos Farinac. *qu. 147. t. 16. n. 79. cum alleg.* idque à pari evincere conantur, quia inquiunt, sicuti mulier incontinentens perdit dotem, filia actionem contra patrem ad dotem, ita perinde mulier meretricata; Ast contraria Sententia verior videtur, si modo stuprator se defloratam ducere nolle expresse vel tacite declaraverit, nam tunc Jus eligendi non auferitur stupratori, & stuprata illico Jus quaesitum ad dotem habet, quod ei ob factum subsequens non est auferendum, ipse blandis verbis persuadendo ei prius stuprum, causa moralis fuit secundi, quod forte nisi præcessisset prius, secutum non fuisset, & absurdum utique foret, stupratori delictum suum, ob illud novum emergens, in tantum esse impunitum, quæ sententia exinde lucem accipit, quia in præsta-

præstatione satisfactionis, ad tempus corruptionis, non vero quod insequitur respicimus. L. 5. 6. L. 9. §. ult. l. 10. §. 11. l. 14. §. 6. §. 9. ff. de seruo corrupto. hancque sententiam sequuntur Baiardus ad Clarum. §. *suprum* n. 16. Fontanella Cl. 5. P. 1. n. 53. cum alleg. dissentit Richter. d. 88. n. 21. ubi præjudicium adducit.

§. VII. Patet insuper, nec illam proprie quaestionem huc pertinere: „an semel stuprata à secundo vel tertio „stupratore dotem prætereat?“, talis enim virgo non fuit, eò tempore quo cum secundo stupratore rem habuit, adeoque objectum thematis nostræ non constituit; Interim quod resolutionem casus propositi attinet, dos omnimodo ei deneganda, magis enim pro prostibulo quam pro honeste vivente habetur, nec miserationem meretur, quæ ludibrio semel exposita eandem perverfitatis viam calcare maluit, vid. Carpzov. in Pr. Crim. qu. 68. n. 76. Menoch. L. 2. arb. jud. qu. c. 3. c. 288. n. 15. consentit quoque Jus Statutarium Hamburgense, Part. 4. art. 28. verb. Würde aber die so geschwängert / zum andernmahl sich versehen / so soll derselbe / der sie alsdenn geschwängert / das Kind zu alimentiren, auch ihr in den sechs Wochen die Nothdurfft zu schaffen / aber sonst zu keinen Ausgaben dieser geschwängerten Persohn halben weiter verbunden seyn; Da dann dieselbe Weibs-Persohn sich zum drittenmahl in den Dreck legen / und geschwängert würde, so soll der Benschläffer der Geschwängerten nichts / sondern allein dem Kinde die Alimenta zu reichen schuldig seyn / jedoch den Rechten in allen Fällen die Straffe vorbehalten / und soll aufdem Fall die Geschwängerte in dieser Stadt ferner nicht gelitten werden. Neque ei injuria fieri videtur, dum reiterando peccatum,

catum, consuetudinem meretricandi quasi contraxit. *arg. l. 3. de episcop. aud.*

§. VIII. Gravior subest disceptatio, „de concubina, an illa à concubinario dotem exigere possit? in qua quaestione illud omnino praesupponendum, concubinam antea virginem extitisse, non vero eandem meretricio more vixisse, nam alias juxta Decisionem in §. *preced.* memoratam ex alio capite excludenda foret, hoc praesupposito, notum quidem est, quod etsi Jure Civili concubinitus permissus, extra legis poenam fuerit, 2. *Tit. de concubinis maxime in L. 3. §. 1. ff. eod. & matrimonio distingvatur, item voluptatis & concubitus causa, non matrimonii gratia assumatur concubina L. unie. C. de concub. imo ratione dignitatis tantum à legitima uxore differre dicatur, l. 49. §. 4. de legat. 3. Jure Canonico etiam modo, „ primo, inter personas coelibes, „ secundo, concubitus causa, „ tertio, ea conditione, ut utraque persona ab alterius seu tertii conjunctione abstineat, & „ quarto, quoad vivunt ineatur, teste Carpzov. in *Pr. Crim. qu. 70. n. 40. toleretur. Can. solet. caus. 32. qu. 2. Hodie tamen inter Christianos, penitus sub arbitraria poena prohibeatur, cum omnis conjunctio, quæ non est arctissima, pro illicita reputetur, Genes. 2. vers. 24. Matth. 19. vers. 6. 1. ad Corinthios 7. vers. 2. & 9. ad Hebr. 13. vers. 4. add. Reform. Polit. Aug. Vindel. de A. 1530. tit. 33. VOI leichtfertiger Beywohnung de A. 1548. tit. 25. Carpzov. Jurispr. Consist. L. 2. D. 235. & in *Pr. Crim. quest. 70. n. 41. Huber. de jure civ. L. 2. S. 1. cap. 3. §. 26. Struv. Ex. 30. th. 89. add. Puffend. de Jur. Nat. & Gent. L. 6. c. 1. §. 4. & 20. & ibi Vir Excell. B. Noster Cancellarius Hert. in not.***

§. IX. Crederem tamen virginem, ab aliquo ad promittendum concubinatum seductam, si postmodum
vel

vel proprio motu, vel ad iussum magistratus deferatur, dotandam esse: Idque *primo*, qui liberi ex concubina progeneri spuris hodie æquiparantur, eundemque cum ipsis effectum sortiuntur. Struv. *Ex. 38. ib. 23.* *Secundo* conjunctio in concubinato prima, nihil aliud quam stuprum est, cum virgo defloretur intuitu vero copulæ ulterioris dicitur, à Carpvov. *Jurispr. Confessor. d. l. num. 11.* fornicatio. Wesenbec. *in paratit. ff. de concub. n. 3.* Et secuti *Tertio*, non absolvimus eum à dotatione, qui centies consuevit, cum una eademque Puella, ita nec à satisfactione immunis erit concubinarius. Sin regeras, voluerunt tales consuetudinem peccandi continuare contra leges, respondebo idem obtinere in stupratore, semel enim seducta virgo facile ad idem delictum reiterandum commovetur: Deinde id inde tantum sequitur, quod utraque persona male egerit poenamque mereatur, perinde ut in simplici stupro, sed quod propterea satisfactionem prætere nequeat, id eam ob rem durum videtur, quia illecebris viri corrupta Jus ignorare potuit, itaque perpetuum & opinione sua tutum consortium anhelavit; melius tamen hac in parte, quia autoritate destitutor, informari cupio, præsertim cum penetrare nequeam, cur illa persona, quæ ab uno eodemque, secunda vel tertia vice, sine spe ullius matrimonii, prostituta est, pro prima defloratione dotem prætere nequeat, illa vero, quæ suave consortium ad dies vitæ optavit, eumque in finem in concubitum consensit, hinc sit arcenda.

§. X. Neque in Clerico, exemplum dissertationis nostræ ponendum esse arbitrari, nam quod attinet Evangelicos, quia hi recte matrimonium ineunt, vid. Stryck. *ad Brunn. Jus Eccles. L. 1. C. 5. §. 12. n. 6.* hinc eadem ratio quæ in Laicis, etiam ratione horum obtinebit, & quamvis
Stuprator

stuprator apud eos communiter ab ordine removeatur, tamen regula eadem adhuc, *Duc aut dota*, ,, valebit, multo magis enim à tali, qui Jus divinum scivit, vel tamen ignorare non debuit, quam ab alio satisfactionem pratendet seducta. Quod spectat Pontificios, licet Clerici stupratores, nunquam cum defloratis matrimonium contrahere queant, tamen cum hoc sciant, ad aliud extremum scilicet dotationem, se obligasse videntur. arg. *l. 10. §. fin. ff. de jur. dot. l. 2. §. 3. de eo quod cert. loc.* Fontanella *c. l. 5. gl. 5. P. 1. n. 119. & seqq.* Farinac. *qu. 147. n. 63.*

§. XI. Et quia, quod punctum dotationis concernit, nihil interest, an stuprator in eodem statu manserit, an vero, postmodum cum alia matrimonium contraxerit, ,, cum factum superveniens Jus stupratæ nullatenus adimat, hinc & casus, ille, uti ex dicendis ad *C. ult.* fusius patebit, ad objectum dissertationis minime referri poterit. *Mev. ad Jus Lubec. Part. 4. t. 4. a. 1. num. 10.* Idem erit, si stuprata cum Tertio inierit matrimonium, quod stuprator consummare detrectavit, quia reparatio læsionis est facienda ab eo, qui dampnum intulit, qua de re itidem sub *C. ult. §. 10.* latius agemus. Porro constat stupratorem à dotatione propterea non liberari, eo quod ,, pluribus stuprum intulerit, ,, sed omnibus ad satisfactionem teneri, etsi enim sciat se omnes ducere non posse, tamen huic Juri scienter, cum pluribus negotium habens videtur renunciasse, & si eam ob causam liberaretur, peccatorum accumulatio immunitatem præstaret, quod cum reformatione pugnat. *jung. Berlich. concl. 38. n. 100. Card. de Luca in teatro verit. & just. tr. de dote disc. 142. n. fin. & disc. 166. n. 9.* Quare nec casus memorati, ad scopum nostrum conducunt.

§. XII. ,, *In heredibus* ,, quoque *sive Active sive Passive*

C

sive

si rem consideremus, nihil hac in parte specialiter constitutum reperimus, ita enim hæres deflorata, quamvis illa non egerit, sed forte in puerperio aut alias decesserit, nihilominus satisfactionem prætere potest, etenim quoniam actiones pœnales æque ac rei persecutoria hæredibus dantur. §. 1. de perpet. & temporal. act. L. 1. §. 1. de priv. del. quanto magis hæc, quæ ad satisfactionem stuprata seu interesse tendit, iisdem competet, Carpz. Pr. Crim. qu. 68. num. 34. Perez. in Cod. tit. ad L. Jul. de adult. num. 53. Stryck, in addit. ad Br. Jus Eccl. L. 2. c. 18. num. 28. dissentit Lessi. de just. & jure L. 2. cap. 10. dub. 2. num. 8. Deinde hæc quoque contra hæres tendere videtur, quia pro satisfactione non uti patet actio aliqua ex delicto, immediate nativitate trahens, sed „ ex Canone „ C. 1. X. de adulter. „ vel moribus „ oriens, rem seu interesse non pœnam persequens hæredibus & contra hæres datur, perinde ut conditio furtiva quamvis ex delicto sit. L. 7. §. 2. L. 9. de condict. furt. nam quamvis hæc dotatio aliquando pœna, apud JCos audiatur, Brun. in Jur. Eccl. L. 2. c. 18. n. 26. & Stryck. ibid. n. 28. Mev. ad Jus Lub. P. 4. t. 5. a. 1. n. 1. tamen vel illi abusive loquuntur, vel considerant saltem rem intuitu stuprantis, cui per stuprum nihil adest, non vero respectu deflorata, cui utique aliquid abest, scilicet pudicitia & virginitas, vel spes consequendi honestam nubendi conditionem. Bardil. de Satisfactione stuprate C. 3. m. 3. n. 71. & 62.

§. XIII. Unde sua sponte fuit, quod „ quamvis stuprator ob stuprum violentum, vel ratione circumstantiarum, „ pœnam fustigationis aliamve arbitrarium luat, nihilominus „ puella satisfactionem vel dotem præstandam esse, „ pœna enim quam læsa respublica exigit, rei persecutionem privatam non tollit, L. 7. §. 1. de condict. furt. L. 45. ff. pag. 5. socio L. unie.

unic. quand. civil. act. prejudic. criminali. Etsi igitur Iudæ non permittant, ut propter unum delictum quis sæpius puniatur, *L. 14. de accus. L. 41. in fin. de penis*; tamen, ut taceam, quod illa regula procedat, quando utraque pœna ad eundem finem tendit, unaque coercitione delictum sufficienter est punitum, *Carpz. Jurisp. for. P. 4. C. 27. D. 6.* non sunt hic duæ pœnæ, quia, ut supra inculcavimus, actio hæc mere rei persecutoria est, & damni dati reparationem continet: Et hinc deferendus *Carpz. Pr. Crim. P. 2. qu. 68. n. 63.* qui per vim stupratæ, quando ultimum supplicium violenti est irrogatum, actionem pro dote denegat, nulla enim ratio est, cur vim passa deterioris conditionis esse debeat, quam quæ seducta in stuprum consensit. Merito igitur Marburgenses aliæque Academia apud Everhard. *Vol. 2. Conf. 8. n. 68. 75. & seqq.* Comiti cuidam Bavarix, per vim plures puellas stupranti, præter capitis pœnam, onus dotatione inposuerunt: Simile legitimus de fustigato, apud Hartm. Pistor. *Obs. 161. in fin. jung. Brunn. in Jur. Eccl. L. 2. c. 18. tb. 27.*

§. XIV. Agmen claudat, „*Sponsa*„, quæ ob pramaturum Sponsi concubitum dotem prætere nequit, sed matrimonium præcise per benedictionem sacerdotalem inter has personas erit consumandum, sponsa enim non est deflorata, sed hoc ipso quo eam carnaliter cognovit sponsus, sponsalia etiam sub conditione contracta transferunt in matrimonium, idque procedit, quamvis clandestina h. e. arbitris remotis celebrata fuerint, modo ex confessione stupratoris, vel aliunde de promisso matrimonio sufficienter constet, *C. 29. & 30. X. de Sponsal. liberique inde nati legitimi dicitur, Seruv. Ex. 38. tb. 23. Carpz. Jurisp. for. P. 3. C. 14. d. 12.* nec à collegio opificum excluduntur, *Lyncker. D.*

2299. Carpz. P. 3. C. 14. D. 12. Mev. P. 2. Tit. 81. Stryck. ad Brunnem. Jus Eccl. l. 2. c. 16. §. 6. verb. succedat ut legitimus. Schöpfer. ad tit. de ritu nupt. n. 48. Sicuti itaque uxor à marito propter concubitum dotem prætereendere nequit, ita nec plus Juris hac in parte sponsæ concedemus. Carpz. Pr. Crim. qu. 68. num. 91. & seqq. unde sua sponte patet, quia à sponso stuprum non patitur sponsa, casum hunc Objectum thematis nullatenus constituere.

CAPVT III.

*Tradit casus objectum hujus dissertationis
constituentes.*

S V M M A R I A.

- §. I. *Causas denegande satisfactionis recenset, inter quas primo loco refertur defectus qualitatis, si quædam se pro virgine venditaverit, cum tamen talis inventa non fuerit, quam tamen qualitatem absuisse, scortator probare tenetur.*
- §. II. *An & quando in concursu plurimum, primus stuprator ad satisfactionem teneatur, vel non.*
- §. III. *Secunda causa in defectu lesionis consistit, quo refertur, si stuprata mercedem acceperit, & quomodo hoc fit intelligendum?*
- §. IV. *Speculat hac quoque si virgo juvenem seduxerit, ejusque lectum,*
- §. V. *Vel hypocausum studiosi sine causa justa acceperit.*
- §. VI. *Aut facili negotio in stuprum consentiat, quod tamen declaratur.*
- §. VII. *Neque lesa creditur, si stuprum sit saltem attentatum non consummatum.*

§. VIII.

- §. VIII. *Causam tertiam renitentia in nubendo prabet.*
 §. IX. *Vel quod nolit, vel quod stupratorem ducere non possit.*
 §. X. *Quid dicendum, si cum alio matrimonium inierit? sub distinctione explicatur.*
 §. XI. *Fontanelle, inter dotem adjudicatam & nec dum determinatam distinguendis, sententia refutatur.*
 §. XII. *Quartam denegationis causam constituit aliud delictum concurrentem, puta adulterium cum Marito, vel quasi tale cum sponso alterius commissum.*
 §. XIII. *Huc spectat incestus quod tamen declaratur.*
 §. XIV. *Quid statuendum de Judea vel femina Turcica religioni addicta?*
 §. XV. *Declarationem predictorum continet.*
 §. XVI. *Quinta causa in remissione residet, tum expressa,*
 §. XVII. *Tum tacita, qua per prescriptionem inducitur.*

§. I.

VT Ordine hac in parte incedamus, sciendum, immunitatem ab onere dotationis contingere (1.) vel ob defectum qualitatis. Vel (2.) læsionis. (3.) Si stuprata nubere stupratori recuset. (4.) Ob crimen aliud concurrentem, seu si persona stuprata in matrimonio esse non possit. Vel (5.) Si remissio intercedat. *Ad primum caput spectat, si carnaliter cognita se virginem dixerit, & tamen talis non, deprehendatur, corrupta enim hæc dici nequit, nec quicquam amisit, ratione cujus retributio facienda, & dum alium decipere voluit, ipse decepta merito sine solamine jacet, itaque dolus cum dolo pensatur. Lib. 10. §. 2. ff. de compensat. Havemann. in Gamolog. Lib. 1. cap. 6. posit. §. 3. neque præcisè opus est, ut illa se virginem profiteatur, satis enim est, quod talis non inveniatur, Sanchetz. de matrimonio*

L. 1. disp. 10. n. 12. cum alleg. Non sufficit autem dicere hanc virginem non fuisse, sed à stupratore hac in parte probatio requiritur, qualitas enim, quæ à nativitate adest, tam diu continuare præsumitur, donec sublata probetur, arg. L. 8. §. 11. Cod. de servit. & aqu. Mev. P. 3. d. 73. n. 5. & seqq. ubi vilitatem famæ hac in parte non sufficere bene concludit. add. Richter. d. 88. num. 22. seqq. qui n. 24. sequens habet præjudicium: Würdet Ihr nicht beybringen, daß Klägerin sich mit andern fleischlich vermischet / so seydt Ihr Sie, wegen gepflogenen Beyschlaffs / ihrem Stande nach zu dotiren schuldig.

§. II. Unde sua sponte stuit, quod „ si plures nego-
tium carnale exercuerint cum femina, non posteriores, sed
cum, qui prius cum illa concubuit, ad satisfactionem veneri.
Ille enim decerpfit virginitatis flores, reliqui vero non nisi
actum venereum exercuerunt, adeoque non ab his, sed ab
illo retributio facienda, Barlich. P. 5. concl. 38. n. 40. quod
tamen ita intelligo, si seducta à primo ex post à secundo co-
gnoscatur, nam „ si duo vel tres socii communes „ hujus de-
licti existant, & virgo unum post alterum admittat, „ dotati-
onem omnimodo cessare „ crederem, debetur enim saltem
satisfactio foeminae honestæ, talis autem magis prostibuli,
quam honestæ virginis nomen meretur. vid. §. 7. Cap. 2.

§. III. Ad secundum „ pertinent, „ quando fœ-
mina accepta mercede defforationem patitur, tanti enim pu-
dicitiam, quantum à stupratore accepit, æstimasse videtur,
quæque pecuniam capiat, venalem castitatem gerere cre-
ditur, neque laesa præsumitur, dum sanctimoniam vitæ plu-
ris non æstimavit, & in eo ferme omnes Doctores conspi-
rant, cum & alias ob pretium acceptum fœmina beneficia
Juris perdat. arg. l. 23. ad Sc. Fellet. vid. Magnif. D. Mol-
lenbec.

tenbec. *in diff. de dot. sine matrimonio cum alleg. S. 2. §. 5.* Berlich. *P. 5. Concl. 38. n. 68.* Richter. *d. 88. n. 28.* Baiardus ad Clarum *L. 5. sententiarum §. Stuprum num. 28.* Quod tamen ita intelligimus, si illa conventio de certa mercede pro stupro accipienda præcesserit, non vero, si stuprator mul- tum puellam sollicitaverit, & post delictum commissum ea donum forte oblatum acceptaverit, tunc enim ipsa in stu- prum intuitu rei ex post offerendæ, quippe cujus notitiam non habuit, consensisse minime, sed intuitu matrimonii concubitum passa dicitur. Plus dico à dotatione non esse immunem, si per dona eandem ad concubitum commo- verit stuprator, perinde enim est donis, precibus, an fraude seducta fuerit virgo. *L. 9. §. 1. ad L. Jul. de adulter.* Berlich. *P. 5. concl. 38. n. 27.* Lynker. *d. 1000.* & sane longe aliud est dona accipere, quibus animi demulcentur, aliud pro merce- de conventa venale alicui corpus exponere.

§. IV. Huc pertinet porro „*si virgo Juvenem se,*„ *duxerit,* „ tunc enim ipsa dum subdole agendo læsit, nul- lam læsionem prætereundere potest; & cum hac ratione oc- casionem delicti præbuerit, ac in simul ad id concurrerit, favorem nullatenus meretur; Sive autem seductio con- tingat, sollicitando juvenes ad Stuprum, quod forte in ho- nestis virginibus repugnante pudore raro evenit, sive ansam suppeditando, tumque crassiori vel subtiliori modo, per- inde erit facile enim credentes, & seductæ commiseratio- nem patiuntur, non vero seducentes & fraudulentis ma- chinationibus utentes, *arg. L. 4. ad Sct. Vellej.* Fontanella *n. 77. & 81.* Card. de Luca *in teatro veritat. & just. tr. de dote disc. 144. n. 24.* Hinc illa „*qua de nocte accedit ad le- ctum adolescentis,*„ nuda, dormientemque excitat, & titil- lationibus irritat, si compressa fuerit, satisfactionem mini-
me

me prætere potest, uti bene Jenenses apud Richter. d.
Dec. 88. n. 20.

S. V. Idem est „ Si femina sine justa causa hypocau-
stum studiosi accesserit „ tunc enim nihil aliud, quam stu-
prum desiderasse, videtur. Schöpfer. ad L. Jul. de adulter. n.
46. Stryk. ad Brunnem. Jus Eccl. L. 2. c. 18. S. 26. ubi præjudi-
cium verb. sequ. allegat: Es wolte dann Stuprator gnug
sam erweisen / daß er sie nicht zu solchem Stupro genö-
thiget / sondern sie vielmehr Anleitung dazu gegeben/
und ohne Ursach zu ihm auf die Stube kommen / auf
welchen Fall er damit zu hören / und à dotatione zu ent-
binden: Prædicta eatenus ampliant Doctores, ut neque
promissionem matrimonii eo tempore factam, multo mi-
nus dotationem validam esse autumnet. vid. Richter. cit.
loco, ibi: Wenn gleich eures Sohnes Dienst-Magd
Ihn nicht allein einer verübten Schwängerung / son-
dern auch einer gelobten Ehe beschuldiget / und dersel-
be bekant / daß sie 3. Wochen vor Weynachten / als er
in der Nacht in seinem Bette geschlafen / mit einem
Licht ohne Nieder und Brust-Luch / vor seinem Bette
gekommen / ihn gefraget / ob er schlaffe / und als er dar-
auf erwachet, Ihn geküßelt / die Decke aufgehoben /
und durch dergleichen geile Verantassung ihn dahin
bewogen / daß er sich selbiges mahl fleischlich mit sie
vermischet / so ist doch euer Sohn die von Ihn verspro-
chene Ehe zu halten nicht schuldig. Aliud præjudicium ha-
bet Lyncker. D. 1000. verb. Welches bey diesen Umstän-
den der Verführung eines Sohns / den der Vater in
der Fremde hat / und da derselbe zu dem Stupro sonder-
lich dermassen leichtfertig verleitet worden / um so
mehr statt hat; cum sibi imputare Drusilla debeat, quod pu-
dorem

dorem suam ipsa prostituerit, cujus reparationem frustra per matrimonium desiderat.

§. VI. Refert huc Fontanella, „fœmina facili negotio ad leves stupratoris persuasiones in stuprum consentiat,„ quoniam ipsa ardentem concubitum appetere & amatum seducere videatur. Fontanella *pac. nupt. cl. 5. gl. 5. P. 1. n. 82. & 83.* Quod ego non simpliciter affirmandum esse dixerim. Quid enim si sæpius pudicitiam Virginis attentasset, & repulsam tulisset, alio vero tempore ejus integritati fidens puella, non multum reluctata fuerit, annon hanc seductam existimabis? *arg. §. 1. in fin. Inst. de Injur.* Et quid, si amoris æstû percita blandis tuis sermonibus facile fidat, cum tu ei ex frequenti conversatione, aut alias satis cognitus existas, annon & juste reparationem læsionis præterderis? adeoque tutius erit, hæc omnia discretioni prudentis iudicis relinquere, qui ponderatis omnibus circumstantiis, an virgo marem, an vero hic ipsam seduxerit, determinare poterit; præsertim cum non simpliciter vera sit ista sententia, quod consentiens stupratori, satisfactionem præterdere non possit.

§. VII. Læsa itidem non creditur, „si stuprum saltem attentatum, non etiam consummatum,„ fuerit, nec dum enim tunc amissa est virginitas, adeoque frustra reparationem læsæ pudicitie exigimus, textus quoque Juris Divini & Canonici consumationem actus respiciunt, idemque Statutus Nostri convenit. *Part. 4. a. 28. verb. Die Jungfräuliche Ehre nimmt.* Idque verum est, sive impediatur per impedimentum naturæ, supervenientiam hominum aut alias, sufficit enim, quod negotium ad actum secundum deductum non fuerit, Berlich. *P. 5. concl. 38. n. 70.* Richter. *d. 28. n. 29.*

D

§. VIII.

§. VIII. Inter causas denegandæ dotationis insuper referitur, „ Tertio quando stuprum passa, sine justa causa stupratori nubere renuit. „ Sapius enim dictum est, in plerisque Romani Imperii Provinciis, copulativam in alternativam mutatam ipsique stupratori electionem, ducere an dotare velit concessam esse, quod Jus quæsitum ei per reluctationem & pertinaciam Virginis non est auferendum, & facit huc ratio, quod dotatio sit surrogata in locum matrimonii, quæties stuprator illud consummare declinat, nolle autem non recte dicitur, qui non potest velle, & cujus voluntas in exercitium deduci non valet, *L. 110. de condit. & demonstrat. L. 3. ff. de Regul. Jur. L. 17. §. 7. de adil. edict. Ziegler. ad Lancellot. Instit. l. 4. t. 8. §. 3. verb. si vero pater. Richter. d. 88. n. 25. & 26. Schöpfer. ad L. Jul. de adulter. n. 46. præjudicium habet Carpov. P. 4. Constit. 27. d. 1. ibi: Es wäre dann / daß der Stuprator sie ehelichen wolte, ihr aber damit nicht zufrieden wäret, oder sonsten eure Tochter sich mit ihm zu verehlichen Bedencken hättet, auf solchen Fall möchte er mehr-berührte eure Tochter zu dotiren nicht angehalten werden.*

§. IX. Dixi, sine justa causa, nam si ea intercesserit qua de re generaliter vide Struv. *Ex. 29. th. 14.* puta, si is in furorem dilabatur, atrox delictum quod poenam corporis afflictivam post se trahit, commiserit, impotens efficiatur, vel religionem mutaverit. add. Lugo. *de just. & Jur. disp. 12. §. 1. n. 2.* nuptias recte declinat. jung. Stryk. *de dissensu sponsal. titio §. 2.* secus itidem erit, si pater consentire nolit, tunc enim à dotis exclusione non arcetur filia, quia per suum dissensum huic Jus adimere nequit pater, idque manifeste probat. *Cap. I. X. de adulter. & stupr. Richter. d. 88. n. 15. Ziegler. ad Lancellot. Inst. Jur. Can. l. 4. t. 7. Gofsv. ab Esbach. ad Carpov. cum alleg. P. 4. c. 27. d. 1. n. 8.* S. X.

S. X. Unde facile patet, quid dicendum, „ de casu, „
 quo deflorata cum alio matrimonium inivit, an nihilominus à „
 stupratore dotem pretendere queat? „ distinguendum nimi-
 rum esse, utrum ante petitionem dotis vel declarationem
 deflorationis matrimonium cum alio celebraverit, an vero
 lite jam mota & postquam se ad nihil teneri stuprator decla-
 ravit, priori casu quia electionem eripuit stupratori, quæ
 ipsi tanquam debitori competebat. *L. 10. §. fin. de Jur. dot.*
 frustra satisfactionem pretendit, cui sua voluntate libere re-
 nunciavit, nec tunc amplius in damno esse creditur, poste-
 riori vero, nuptiæ subsequuntur Juri ejus quæsito obicem po-
 nere nequeunt, & improbus utique foret stuprator, sibi e-
 lectionem præceptam conquerens, qui nunquam eam du-
 cturum publice declaravit, add. Richter. *Dec. 88. num. 30.*

S. XI. Fontanella quidem *de pact. nupt. cl. 5. gl. 5. P.*
2. n. 117. inter dotem jam adjudicam stupratæ, & non adju-
 dicatam distinctionem facit, & priori casu nihilominus qui-
 dem exactionem ejus, quamvis in matrimonio alio existat
 deflorata, admittit, posteriori vero denegat: Ast erroneo
 nititur principio, dum dotem hanc pœnam esse putat, quæ
 ante sententiam non debetur, est enim, ut jam supra moni-
 tum, non pœna sed damni dati reparatio. Itaque in casu
 precedenti, quamvis aliunde dotata fuerit vel sine dote
 quicquid velit Menoch. *de arbit. Jud. cogn. L. 2. C. 3. cas. 288.*
num. 22. Molina *tr. 3. de just. & jure disp. 104. n. 17.* nubendi
 conditionem invenerit, dos nihilominus exigi poterit, quia
 non tantum ea satisfactio in compensationem denegati ma-
 trimonii, sed in pudicitia amissa velamen datur & macula
 saltem adhuc aliqua durat quamvis prociim invenerit, na-
 scitur quoque hæc actio statim post stupram commissam,
 adeoque dum per accidens contingit, ut honestam nihilo-

minus conditionem nanciscatur exinde Jus adeptum ei nul-
latenus auferendum. jung. Berlich. P. 5. *concl. 38. num. 36.*
Farinac. *qu. 147. n. 127.*

§. XII. Est & illa satisfactionem denegandi causa,
scilicet „ *Quarto, Si aliud insimul delictum concurrat* „, ita
enim, si sciens cum marito concubuerit, dotem non recte
exigit, quia non est tam stuprum quam adulterium, tantum
autem stuprata, non etiam gravius in legem delinquenti
satisfactio illa debetur, & ita notanter in statutis nostris P. 4.
n. 28. additur verb. Wann aber ein Unverehlichter. Rich-
ter. *d. dec. n. 30.* & Carpz. *qu. 68. n. 66.* & *seqq.* & P. 4. C. 27.
d. 2. ubi allegat præjudicium in verb. betreffende aber der
Geschwängerten *Dotation*, ist sie / Die Geschwängerte/
von den Ehemann einige *Dotation*, gestalten Sachen
nach / zu fordern nicht befugt. Neque ego video, quo-
modo ex *cap. 1. X. de adulter. & stupro* contrarium, ut putat
cum Modest. Pistor. P. 3. *qu. 127. n. 16. seqq.* & Berlich. P. 5.
concl. 38. n. 35. Carpz. *in Pr. Crim. P. 2. qu. 68. num. 69.* de-
monstrari queat: Cum enim stupratori necessitas & do-
tandi & ducendi imponatur, *capitulum* de eo qui ducere
potest intelligi, sicque *Tò si quis* ad adolescentem, vel homi-
nem innuptum, non maritatum, referri debet: Neque de
adulterii pœna ibidem quicquam conceptum est, ut hanc
sententiam non sine ratione Juris communis esse existi-
ment. Damhouderus *Pr. Crim. C. 92. n. 7. add. Mev. ad*
Jus Lubec. l. 4. t. 4. a. 1. n. 9. in fin. Quæ de marito diximus,
ea etiam in stuprata, quæ sciens cum alterius sponso concu-
bit, vera esse putamus. *arg. l. 13. §. 3. ad L. Jul. de adulter.*
Mev. ad Jus Lubec. P. 4. t. 5. a. 1. n. 9. idque latissime declar-
at Bardili *in diff. de satisf. stuprat. & cap. 3. m. 3. n. 40. & seqq.*

§. XIII. Inde insuper consequitur, nec tunc petiti-
oni

oni locum esse, *si suprata incestum cum supratore,* vel in linea consanguinitatis vel affinitatis commiserit, in aliud enim genus delicti commutatur stuprum, inque eo poena confiscationis bonorum obinet. *Nov. XII.* quæ non est mutata per *Novell. CXXXIV.* vid. *Brunn. C. 2. Decis. 34.* & veritas hujus delicti nullam Juris assensentiam non meretur. vid. *Carpzov. qu. 68. n. 72. Mev. ad Jus Lub. P. 4. t. 5. a. 1. n. 15. Bardili de satisf. supr. m. 2. n. 47. § m. 7. n. 17.* si tamen incestus Juris Civilis tantum foret, & talis casus sub sit in quo facile dispensatio impetrari posset, quia tunc foemina seducta ad matrimonium respicere potuit, durum foret eam à supratore, qui postmodum nuptias detrectat, non esse indemnifandam.

§. XIV. Elujt ex prædictis, quod *„nec virgo Judæica vel Turcica religioni stuprum passa dotem recte praten „ dat „* cum talis coitus non sit abssimilis adulterio *L. 6. C. de Judæis,* & hodie (etsi Jure Divino olim conjugium inter Christianum & Judæam, ob spem conversionis, toleratum fuerit *1. Corinth. c. 7. vers. 12. & seq. 1. Petr. c. 3. vers. 1.*) inter has personas conjunctio sub poena arbitraria, etiam suffigationis omnino prohibeatur. *Brunnem. ad cit. L. 6. C. de Judæis. Berlich. P. 5. concl. 38. n. 110. Carpz. P. 4. C. 26. d. 4. ubi præjudicium assert. Meier in Colleg. Argentor. l. 48. tit. 5. th. 25. n. 6.* neque hujusmodi conditionis foemina duplici via in legem committendo, dânnum pati videtur.

§. XV. Fallunt autem prædicta, si Virgo ignara fuerit conditionis ejus à quo stuprum passa est, talis enim proprie adultera dici non potest, quia ad delictum dolus formaliter requiritur, à quo justa ignorantia excusationem præbet *arg. L. 12. & L. penult. ad L. Jul. de adulter. 4. C. de incest. nupt. Cap. 6. Caus. 32. qu. 5. Carpzov. Pr. Crim. qu.*

61. num. 42. Bardil. de satisf. *supr. cit. m. 3. num. 37.* Ignorantia autem hæc erit probanda ad minimum, si alia conjectura aut præsumptiones deficient, mediante juramento. Bardil. *d. l. n. 38.* ubi contra Carpzov. *qu. 61. n. 50.* ignorantiam non præsumi in his negotiis, quæ facile scire potuimus, *arg. L. 1. Cod. ad L. Cornel. de Sicariis L. 5. C. de injur. & L. 29. ff. de R. J.* demonstrat: Sane per se pater, si maritus post stuprum cum virgine perpetratum, matrimonium prius cum alia inear, propterea eundem à necessitate præstandi dotem, nullatenus liberari, tum ob Jus quæsitum, quod, ut supra diximus, statim ad dotem consequitur mulier, tum quod absonum sit aliquem se, per factum aliquod superveniens, invita altera parte, ab obligatione eximere, & ita satisfactionem alteri debitam evitare posse. Bardili *ex. 35. concl. 10. Richter. d. 88. n. 12. Carpzov. P. 4. C. 27. d. 3.*

§. XVI. „*Quintam causam*“, quæ dotis exactio nem impedit, exhibet „*Remissio*“, hæcque alia „*expressa*“, alia „*tacita*“, est. Prior ex diserta voluntatis declaratione patescit, & quidem hic sinthino inter virginem sui & alieni juris distingvendum. Illa sive emancipata fuerit, sive patrem non amplius habeat, libera voluntate Amasio suo hanc præstationem remittere poterit, agitur enim de ejus non de tertii præjudicio, adeoque ratio non apparet, cur Juri quæsito renunciare nequeat, *arg. L. penult. C. de Pact.* sicuti enim illa sibi pro lubitu etiam non consentiente patre maritum eligere, vel talem respuere potest. *L. 25. ff. de ritu nupt.* ita & in hoc puncto remissionis liberrime operabitur: Hæc vero in Juris remissione consensum patris omnino adhibere tenetur, nam sine hoc nec nolle nec velle creditur. *L. 4. ff. de R. J.* quam sententiam amplectitur cum Berlich. *P. 5. concl. 38. n. 60. & seq. Richter. d. 88. num. 27.* Unde dese-

deferendus. Bardili in *diff. de satisfact. stupratae c. 3. m. 7. n. 22.* etsi enim in arbitrio ipsius stupratae sit nubere stupratori vel ei dicam scribere, tamen inde saltem sequitur, quod tunc, quando deflorator nuptias ambit, eaque conjugium omni modo renuit, hac ratione ab onere dotandi stupratorem liberare queat, non vero quod si ille se defloratam ducturum renuat, filia familias etiam satisfactionem remittere possit, videtur enim & tunc praedictum patris subesse, praesertim cum hic non tam de lucro captando, quam de damno vitando, agatur; porro quia satisfactio haec non poenam aliquam publicam, sed interesse privatorum respicit, hinc frustra Baiardus ad *Clar. verb. stuprum §. 19.* ne quidem illam a stuprata remitti posse statuit, quod & affirmat Farinac. *Oper. Crim. Part. 5. tit. 16. quast. 147. num. 127.*

§. XVII. Quod remissionem tacitam attinet, notum quidem est, stupro quoad vindictam publicam quinquennio praescribi *l. 29. §. 7.* ibique Brunnemann. *ff. ad L. Jul. de adulter.* verum quia pro satisfactione, uti supra quoque retulimus, non criminaliter sed civiliter agitur, & conditio vel ex canone vel ex moribus obtinet, qualis utpote rei persecutoria ad interesse tendens, 30. annis durat. arg. *l. 3. §. 4. C. de longiss. temp. praeser.* hinc ante tempus hoc determinatum, facultas exigendi dotem minime sublata censetur, itaque sentiunt cum alleg. Richter. *D. 88. num. 11.* Bardil. *d. l. n. 14. seq.* Carpz. *Pr. Crim. qu. 68. n. 47. §. 48.* ubi praedictum exhibet. Sane familiaris cum stupratore post deflorationem conversatio, quoniam haec actio non vindicationem injuriae, sed damni dati reparationem continet, remissionem satisfactionis non inducet.

SOLI DEO GLORIA.

DE non dotanda, dum tractas, Virgine, stuprum
Quæ passa est, dotem dat Tibi laude Themis.

*Nobilissimo Jurium Candidato de novis Ho-
noribus optime promeritis, cum omnige-
na felicitatis appreciatione, gratulatur*

BERNH. LVDOVICVS MOLLENBECIVS, D.
Confil. Haffo-Darmft. & P. P.

Complures Casus quis non prætere dotem
Virgo stuprata valet, docta Minerva notat.
Hinc plenis plaudit votis Astræa labori
Præmia mox merito summa datura Tibi.

*Nobilissimo & Virtutibus Ornatissimo
Domino Candidato, cum voto per-
petuæ felicitatis apponebat*

MELCHIOR DETHMARVS GROLMANN, D.
Confil. Haff. Darmft. & Prof. Jur. Ordin.

Qui solide nuper, *Cambii translatio*, quid sit
Præfide GROLMANNO magna cum laude docebas,
Nunc, cur non stuprata queat sibi quarere dotem,
Hac Tua docta probè commonstras pagina, *Amice*,
Hinc Themis alma TIBI nunc confert præmia digna,
Et dudum meritos Summos largitur Honores,
Quos sudore Tuo, vigilique ardore parasti,
Sic porro in cœptis faveat fortuna serena,
Supremum Numen Clemens conatibus adstet,
Ut capias magnos fructus, laudemque perennem.

*Hæc Nobilissimo & Doctissimo Domino Candidato
HOEFFT, Fautori & Amico suo honoratissimo, cum
sincera gratulatione, de Summis in Utroque Jure
Honoribus, & omnigenæ felicitatis, ardenti voto, in
sui commendationem adscribebat*

GEORGIUS LVDOVICVS Handwerker, J.V.D.
Illustr. Regim. Gissenf. Advoc. Ord.

Größen, Diss., 1711-12

ULB Halle

3

005 356 92X







1078.

I. N. D. N. 7. C. 1712, 15 16

DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA;
DE
**VIRGINE STVPRATA
A STVPRATORE
NON DOTANDA,**

GERMANICE:
**In was Fällen eine Schwängerte von dem
Stupratore keine Ehren- oder Schadens-Er-
setzung fordern könne.**

QVAM
PRAESIDE SOLO DEO
EX DECRETO MAGNIFICI IVRISCONSVLTORVM ORDINIS
PRO
SVMNIS IN VTROQVE IVRE (4)
HONORIBVS ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS
RITE CAPESSENDIS
IN AVDITORIO SOLENNI
PLACIDAE
EXCELLENTISSIMORVM DNN.
PROCERVM ACADEMICORVM
DISQVISITIONI SVBMITTIT
GEORG. IACOB. HOFFT,
HAMBVRGENSIS.
AD DIEM 28. IANVARII A. CIO IO CCCXII. Hoff
EDITIO QVARTA.

I E N A E,
APVD IO. BERNARDVM HELLERVM, 1734.

